UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Micrologvs|| De Ecclesiasticis|| Observationibvs.||

Bernoldus <Constantiensis>

Antverpiæ, 1565

62. De Dominicali offico no[n] facilè prætermitte[n]do

urn:nbn:de:hbz:466:1-63426

Visual Library

cordia notatur, quam qui diligenter obſeruauerit, nec antea nec poſtea concordiam officiorum diſturbabit, ſi per ordinem officijs orationes ſociare voluerit.

De Dominicali officio non facilè prætermittendo.

CAP. LXII.

IVXTA Romanam conſuetudinē in omni Dominica eccleſiaſtico conuentui cum officio dominicæ ſatisfacimus, niſi aliqua celebris feſtiuitas in ipſa die occurrat, vt feſtum Iohannis Baptiſtæ, vel ſancti Petri Apoſtoli, pro quibus non minus quàm pro Dominica populus ſolet congregari, quas & in alijs diebus ſolemniſſimè celebraremus. Itē cùm plures ſunt Dominicæ quàm officia, non vt quidam differimus, ſed quotiens neceſſe fuit aliqua repetimus, Illo duntaxat obſeruato vt vltimum officium in proxima tantum hebdomada ante aduentū Domini cantetur. Eſt enim præparatio Dominici aduentus. vt ſicut antiqui patres per quinque ætatum curricula annorum, ſiue per quinque libros Moyſi de aduentu Chriſti edocti ſunt, nihilominus & nos per

Officia Dominicarum, ſi plures ſint repeti debent non differri. Supra 29. 18. ac. 41.

quinque

quinque Dominicas de Aduentu eius inſtruamur. Vt iuxta euangelium eiuſdem diei, de quinque panibus, cum quinque milibus hominum ſaturari mereamur.

Explicit μικρόλογος.

Collegij Societatis Jesu Paderbornæ A° 1591

Hic libellus catholicus eſt, neque indignus qui in lucem emittatur.

Anthonius Gaſpoel

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN